

quod in uno loco dixerim materiam, formam, & privationem esse principia...

Sed legatur uterque locus, & nulla apparebit contradiccionam in primo loco...

Postremo, pro corone huius questionis, alia quedam indicare libet...

te; ab eius originali transcripto, ea repetere non poterit; etenim disp. 3. de materia...

Rursum disp. 2. concl. 2. c. 2. ait nos asserere disp. 1. Phys. qu. 3. num. 21. quod omnia...

DISPUTATIO SECVNDA DE ANGELIS.

QUESTIO PRIMA.

An in Angelis detur, vel saltem dari possit pluralitas numerica...



Res extant sententiae in hac celebri controversia, duae extremae, & una media...

da extrema sententia ex aduerso asserit Angelos non posse inter se differre specie, & ait naturam Angelicam esse...

Tertia tandem media sententia asserit dari, vel saltem dari posse in Angelis pluralitatem non tantum specificam...

cum suis 2. dist. 3. q. 7. Bassol. q. 1. art. 2. Malron. q. 2. Rada 2. p. cont. 5. art. 3. Faber. in 2. disp. 23. Poncius disp. 1. q. 3. Brancatius de Ang. disp. 3. q. 2. Vulpes tom. 1. par. 2. disp. 8. art. 11. Nominales ibid. Durand. q. 2. Matfil. q. 3. art. 1. Argent. q. 2. art. 2. Rubion. q. 4. Aureol. cit. Gabriel. dist. 3. q. 1. art. 2. Bac. cond. fl. 1. art. 2. Henric. quol. 11. q. 2. Recentiores passim Suarez lib. 1. de Ang. c. 12. & 15. Molina, & Valquez p. 1. q. 50. art. 4. disp. 181. Hurd. in Metaph. disp. 1. sect. 3. Lecana trait. 6. disp. 1. q. 7. Amic. tom. 2. sui Curtus disp. 3. sect. 6. Averla p. 1. q. 50. sect. 7. Ariaga. tom. 2. disp. 4. sect. 1. imo, & Thomisae quamplures Capreolus, Ferrara, Bannes, Zundel, & Ripa cum aliis quibusdam, quod maximum esse debet iudicium veritatis huius tertiae sententiae, quam vis enim dicant, quod loquendo de potentia ordinaria, & de rebus stantibus, prout stant, non possint Angeli in eadem specie pluraliter, ita quod solo numero differant, quo sensu interpretatur S. Thomas esse locurum; addunt tamen quod loquendo de potentia Dei absoluta, & mutato ordine rerum, possunt plures Angeli esse sub eadem specie solo numero differentes, ut fuisse tradit Ripa ad c. 5. de ente, & essentia q. 4. & fuit sententia A.gidij quol. 2. q. 7. an verò bene utantur hac distinctione, consulatur Suarez c. 13. et. n. 6.

ARTICULUS PRIMUS.

Quaestio Resolutio affirmativa.

Incendum Primò, dari posse pluralitatem specificam Angelorum, qui inter se essentialiter differant. Conclusio est communis contra sententiam, si ea de possibili loquatur, & non tantum de facto, ut re vera D. Bonaventura loqui videtur l. 6. & 2. dist. 9. art. 1. q. 1. statuit autem haec conclusio de possibili, quia de facto etiam valde est probabilis, ut affirmat Damascenus apud Scotum cit. in elementario c. 1. adium ait, Deum secundum unamquamque speciem facisse Angelos, tamen D. Augustinus dubitavit in Encheirid. c. 58. & contra Priscilianistas ad Orosium c. 11. ubi ait, Huiusmodi solutionem nescire, si omnes Angeli inter se essentialiter differant, vel solum personaliter; Solut autem probat, quia diversitas specifica maxime innovat per diversitatem operationum, & perfectionis essentialis, sed certe inter Angelos reperiri poterit huiusmodi diversitas, in quantum ut aliis perfectius intelligant, & efficacius operentur, & quod unus sit aliter fortior, velocior, potentior & c. ergo & ita arguit Averla, Ariaga, & alij l. 2. quod tamen argumentum nihil convincere non videtur, quia hanc eadem specie potest esse una forma potentior alia, gradus enim potentiae, & virtus speciem non diversificat; alioquin calor ut agat, & calor ut octo, differret specie, & potentia five unum actum remissum, five in intensum est elidendum specie: Melius igitur probatur cum aliis, quia sub communi gradu generico sentiendi non repugnat pluralitas specifica, imò de facto cernitur in brutis specie inter se differentibus, & in eo communi gradu convenientibus; ergo pariter sub communi gradu intellectuali non repugnat specifica pluralitas naturarum in eo quidem communi gradu convenientium, ac inter se essentialiter differentium. Constat tamen, quia talis specifica pluralitas naturarum spiritualium in communi gradu intellectualitatis convenientium, & inter se essentialiter differentium aliquo modo datur de facto, saltem inchoate, & incompleta: nam Angelus, & anima nostra in tali gradu intellectuali conveniunt, ac inter se essentialiter differunt, nisi tantquam species, & species, saltem ut species, & pars speciei, ut docet Doctor 2. dist. 1. q. 6. ergo non implicat hanc diversitatem essentialem completè, & consummate in angelica natura reperiri, ita ut unus Angelus specificè ab alio differat.

Sed in talibus, imò potius ex hoc oppositum sequi, quia ex hoc colligitur spiritualium substantiarum tantum generice in duos distingui gradus (specificos, scilicet in rationalem, & intellectualem: quare sicut anima rationalis nequit secundum speciem multiplicari, ita nec Angelus spiritus intellectualis s. Negat Suarez l. 2. n. 8. pariterem, & quod anima habere videtur infimum gradum, ac nimis determinatum, atque ideo nequit infra illum multiplicatio specifice fieri.

gelus in se est natura completa, idcirco valet in plures lecturi species, non sic anima, ita Vulpes l. 6. Sed neque huc diffinitus valet, nam anima bovis, & asinis speciem differunt, & tamen sunt species incompletæ, & partes Brutorum; ergo sicut talis incompletio non obstat, quin anima sensitiva sit specie multiplicabilis, ita neque obstat in anima intellectiva, & rationali; Quare dicendum est vel ob eandem rationem non repugnare animas rationales specie diversas, vel si in animabus aliqua specialis difficultas reperitur, quo tamen non ita facile potest assignari, hanc in Angelis locum non habebit, sed quia in hac conclusione omnes conveniunt, non immoror.

Dicendum secundò, possibile esse plures Angelos sub eadem specie infima solo numero diversos. Conclusio est communis auctoribus secundè, & tertio quidem, quam probat ineluctabiliter Doctor l. 6. Perinde quidem, quia ornis quidditas, & natura quantum est de se communicabilis est, & quidem pluribus sola personalitate distinctis, si est specificè, sed natura Angelica est quidditas, & essentia, ergo & c. Maior probatur, quia si hoc repugnaret quidditati, vel esse ex perfectione, vel ex imperfectione, non primum, quia hoc convenit essentiae divinerum, non primum, quia hoc convenit generabilibus, & corruptibilibus: ergo nulli quidditati repugnare posse pluribus communicari, sed nulla est communicabilis in identitate numerall, nisi si infinita, ergo quilibet alia est communicabilis cum distinctione numerall, & ita pluribus numeros distinctis; Vra autem percipiatur vis Scoti: rationis, & excludantur Adversariorum evasiones, advertendum est maiorem intelligi de communicabilitate in communi pluribus sola personalitate distinctis, ut abstrahit ab eo, quod esse est tale cum divisione, vel sine divisione, & hinc concluditur quidditatem Angelicam esse communicabilem cum divisione, quaequid enim convenit superiori, convenit quoque inferiori per regulam ante praedicamentalem, & inde sequitur naturam angelicam esse pluribus communicabilem cum sui divisione quaequid quando aliquid genus dividitur per duas oppositas differentias, si autem speciei repugnat una, postquam necessario aliam de eadem concludere, si dicere, omne animal est sensitivum, homo est animal, ergo sensitivum, in maiori intelligitur de sensitivo in communi, ut abstrahit a rationali, & irrationali, quae sunt duae oppositae differentiae sensitivi in communi; & tunc sub inferre possumus, sed homo non est sensitivum irrationaliter, ergo rationale, & tenet per locum ab oppositis, quando alterum circa idem necessario inest; per quod excluditur responso Caiet. lib. de ente, & essentia c. 5. ubi ait, quod si in maiori sumatur communicabile, ut abstrahit ab eo, quod est esse tale cum sui divisione, vel sine divisione, non colligitur quod quidditas angelica sit communicabilis ad modum, quo universale sui communicatur inferioribus, quia committitur fallacia consequentis a superiori ad inferius affirmativè; Sed satis constat ex praemissa illius maioris declaratione, quomodo rectè concludat argumentum, neque in eo committatur ulla fallacia.

Sed replicant Caiet. Ripa, Nazarius, & alij communicabilitatem utroque modo Angelis repugnare, prima quidem scilicet cum sui divisione repugnat illis propter eorum perfectionem; altera verò scilicet sine sui divisione repugnat eis propter eorum imperfectiorem. At quamvis hoc secundum sit verum: primum tamè omnino fallum est quia si perfectio esse causa, quare communicabilitas cum sui divisione repugnaret alicui, tunc magis repugnaret perfectiori, quam imperfectiori; ac propterea magis repugnaret anime rationali, qua Soli, quod tamen est fallum apud Arist. quia anima rationali non repugnat, ut patet, ac Soli utique ea 2. de Caelo 92. Tum quia sola perfectio infinita excludit a natura communicabilitatem cum sui divisione, ut constat de divina natura; ergo quantumvis magna sit perfectio angelice naturae, quia tamen finita est, ac limitata, secum comparatur communicabilitatem cum sui divisione. Tum quia absolute loquendo perfectus est simpliciter, quod est aliquo modo communicabile etiam cum sui divisione, quam illud, quod est omnino incomunicabile; ergo fallum est Angelo repugnare communicabilitatem cum sui divisione ex sua perfectione; coniectura patet, probatur adsumptum; quia communicabilitas in se est perfectio simpliciter, solumque materialiter in creaturis per divisibilitatem naturae contrahitur esse licet perfectione creature, & si esse omnino incomunicabile licet perfectione simpliciter, utique conveniret divinae naturae.

Tum quia, ut arguit Licheus 2. dist. 3. q. 7. maior imperfectio est realiter, & essentialiter dependere ab alio, & per li, cit







contines esse infinita; ex quo sic arguitur, omne individuum alicuius speciei non comprehendens in se totam perfectionem suae speciei comparatur secum aliud individuum in eadem specie, sicut e contra omnis species non comprehensa tota ab aliquo individuo est plurificabilis in pluribus individuis, & communisabilis illi: sed nulla intelligentia citra primam est comprehensa secundum totam perfectionem suae speciei ab aliquo individuo, quia tale individuum esset infinita perfectionis ob rationem allatam, ergo &c.

12. Responderi posset negando consequentiam: primo, quia individua possibilis sub una specie angelica non potuissent esse infinita categorematice, sed tantum sine categorematice: deinde quia modus ille arguendi tenet, ubi pluralitas dicitur maiorem perfectionem intensivè, tunc enim deducere valet, quod infinita pluralitas requirit infinitam perfectionem, ut Scotus arguit 2. disp. 2. q. 2. in proposito autem pluralitas possibilis plurium individuum sub eadem specie non dicitur maiorem perfectionem intensivè, sed tantum extensivè, quia individua omnia sub eadem specie sunt eisdem omnino perfectionis essentialis, nec unum est alio essentialiter perfectius; Rursus quia omnes illas perfectiones infinitas individuales continere potest Angelus in uno individuo per perfectionem individualement finitam altioris ordinis. Deum, quia dici potest omnes illas infinitas individuationes in illo uno angelo contineri esse unam individuationem finitam, licet perfectionem, sicut partes infinitae quantitates palmarum efficiunt unam extensionem finitam palmarum. Nulla tamen istarum rationum vim illius consequentiae exercent non prima, nam quotiescunque virtus, aut perfectio aliqua est tota simul in actu, & aequivaler infinitis perfectionibus in potentia, necessario est infinita categorematice, ut Doctor deducit 1. disp. 2. q. 1. A. Neque secunda, quoniam Doctor ibidem ex similitudine intellectuum plurium, & plurium etiam eisdem rationis in infinitum plurium, ex intellectu infinitam virtutem intellectivam, arguit in eo intellectum infinitam virtutem intellectivam, quoniam ergo unus ille angelus simul, & semel contineret perfectiones infinitarum individuationum sub illa specie possibilium, etiam si sint eisdem rationis, hoc est una non sit essentialiter perfectior illa, adhuc sequitur, quod erit infinita perfectionis intensivè, tum quia licet individua sint aequalia in perfectione essentiali, adhuc tamen sunt inaequalia in perfectione accidentali, & quoad gradus individuales: Neque tertia, quia cum in individuo non detur prius, & posterius ex 5. Met. omnes individuationes infra eandem speciem sunt eisdem ordinis, nec dici potest una esse altioris ordinis, quam sit alia. Nec tandem quarta, quia partes continui, quae dicuntur infinitae, non sunt eisdem determinate quantitates, sed minores semper, & minores in infinitum, unde dicuntur partes eisdem proportionis invicem communicantes; atque ideo non efficiunt, nisi extensionem finitam; sed singulae individuationes addunt determinatam perfectionem individualement speciei, unde simul sumptae in uno individuo, in quo continentur virtualiter omnes, vel aequivalenter infinitas ponent in eo perfectiones individuales; aliam Thomistarum solutionem reiectam vide infra n. 36.

13. Responderi praeterea Rubion 1. c. quod nec ista quinta ratio, nec aliae praecedentes aliquid concludunt, quia omnes fallum accipiunt, & supponunt, nempe quodlibet individuum creatum esse realiter compositum ex quoddam specifica tantquam sibi, & aliis communis, & ex aliqua sibi propria individuali differentia contractiva huius quidditatis, quod est fallum; nihil enim est in aliquo singulari sibi, & alteri commune, in quo ipsa singularia intrinsece conveniant, quod aut fuisse a se probatum est supra. Et sic etiam inquit, quod ista quinta ratio fallum accipit fundamentum, sicut & qualibet aliarum praecedentium; imaginatur enim speciem esse tantquam unum aliquid in re extra inclasam quidditative, & contentum in quolibet singulari, & quod hoc totum, & totaliter includeretur in uno individuo in casu proposito argumenti, quod est omnino impossibile, & absurdum. Verum principia haec metaphysica iam excessiva sunt, atque probata contra Nominales disp. 2. Metaph. q. 1. & seq. ubi statum est ultra singularia dari a parte rei naturas reales illi communes, in quibus realiter assimilantur, atque conveniunt atque adeo universalis in esse nudo voces, aut conceptus, sed reales quiddam naturas, quae in singularibus ipsis vera existunt, ac eisdem realiter identificatae, ibique omnia Nominalium argumenta, ac praesertim ipsius Rubion sacre soluta; deinde disp. 20. Metaph. q. 1. & sequens conclusum est contra eisdem Nominales, quod licet omnis res creata existens sit singularis, nulla tamen natura creata est ex se individua, & singularis, id est ex principiis sibi intrinsecis, sed quolibet, in

dividui per aliquam realitatem positivam naturae superadditam, & per se determinatam naturam ad singularitatem; quae licet cum eadem natura sit realiter identificata, adhuc tamen est ab ea formaliter distincta, ut Scotus loquitur, vel saltem ratione rationata, in Recensoribus; quibus metaphysicis principiis suppositis, & probatis plane rationes adductae mihi demonstrative videntur.

Sexto tandem probatur conclusio evertendo fundamentum oppositae sententiae ab initio quaestionis infinitum, quod nimirum materia signata quantitate sit principium individuationis intra eandem speciem, quare cum Angeli nec materiam habeant, nec quantitatem, non videntur posse sub eadem specie numero plurificari; at hoc principium est omnino fallum; ut constat ex dictis disp. 1. Metaph. q. 1. quia vel per materiam intelligunt materiam partis per se nudè simplicem, vel cum cetera quantitate, & dispositione intellectivam, quae vocatur materia signata; vel per materiam intelligunt non tantum materiam partis, vel nudè simplicem, vel cetera quantitate affectivam, sed etiam quodlibet subiectum singulare, & individuum, in ordine ad quod individuentur omnes operationes, & formae accidentales in eo receptae, ut solent dicere Thomistae, & significat D. Thom. 1. disp. 38. q. 1. art. 1. ubi principium individuationis naturam communem, & determinans illam ad hoc singulare aut esse materiam, vel aliquid, quod loco materiae se habet; Sed natura spiritualis non repugnat multiplicari sine materia quocunque modo ex praedictis sumpta, ergo &c. probatur minor, nam certum est, quod idem angelus in eodem intellectu suo saltem successivè potest habere plures intellectiones numero eisdem obiecti, & per consequens eisdem speciei specialissimae; uno quoque de his duobus, vel pluribus intellectibus, quae sunt eisdem obiecti, & rationis, unde habeant, quod numero distinguantur: non per materiam partis vel nudè simplicem, vel quantitate signatam, quia nec materiae partis habent intellectiones illas, nec quantitates; similitur nec per subiectum, aut ordinem ad illud, quia idem est subiectum omnium, igitur per nihil tale distinguuntur, sed magis per se ipsas, vel per aliquid, quod non sit materia ullo ex praedictis modis, id est per propriam, ac intrinsecam haecceitatem, nam quemadmodum res speciei multiplicatur per propriam, & intrinsecam differentiam specificam, quae est realitas actualis realitatis potentialis generis superaddita, & quae contractiva, ac determinativa, ita multiplicatur numero per propriam, & intrinsecam differentiam singularitatis, quae dicitur haecceitas, ut docet differentissime Doctor 2. disp. 3. q. 6. quem multiplicationis modum etiam Ipsi Thomistae renerunt admittere, saltem in ipsa materia prima, quae de se individua est, & singularis, hoc est per propriam haecceitatem, & non per ordinem ad ipsam materiam, vel subiectum, quia ipsa sit primum omnium subiectum ex 1. Phys. 82. nec per ordinem ad formas sive substantiales, sive accidentales, cum ipsa sit indifferens ad quamcumque formam suscipiendam, quod igitur iste modus multiplicandi numero naturas rerum rebus spiritualibus non repugnet, plane poterit angelica natura ad hoc, vel illud individuum determinari sine omni materia, vel quantitate, & plures Angeli sub eadem specie poterunt solo numero differre.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quid sit dicendum de facto. Dicendum tertio, etiam de facto valde probabiliter esse dari plures Angelos numero distinctos sub eadem specie. Colligitur ex D. Bonavent. & Scot. & est communis, inter Auctores secunda, ac tertiae sententiae; S. Doctor sic probat: gloria est Regi habere multos ministros uniformes, ergo si gloriosum est regnum, in quo cum Christo Sancti exultant, videtur quod multi Angeli sint uniformes, & ita solo numero, vel persona differrent; Scotus ante probat ex D. August. in Enchirid. c. 28. ubi dicit, quod ideo Deus reparavit naturam humanam, quia tota per peccatum ruerat, non reparavit autem angelicam, quia tota non ruit: sed ista totalitas, & partialitas, inquit Doctor, in Angelis non videtur rationabilis, nisi ponatur, quod nulla species Angelica quantum ad omnia individua totaliter perierat, & ita aliqui de quacunque specie corruerunt, & aliqui perierunt: ergo de facto sunt plures Angeli sub eadem specie.

Respondet Caiet. ex S. Th. in lib. de spiritualibus creaturis q. 8. in solutione primi, naturam humanam, & angelicam posse dupliciter accipi uno modo secundum esse naturae, sic natura humana est una, angelica vero plures: alio modo secundum esse viae, scilicet, ut viatrices ad beatitudinem supernaturalem,

len, & sic tota latitudo angelicarum specierum est una natura, sicut humana est una, & ad hoc apud D. August. dixit totam naturam angelicam non perire; Haec tamen responsio non satisfaciunt, quia S. Thom. in 3. disp. 20. q. 1. art. 1. ad 3. habet pro inconvenienti, in quod aliqua species tota simul sit damnata naturae intellectuales simpliciter, ac propterea reparata esse ait naturam humanam; ergo tanto magis erit inconvenientis aliquid unam totam speciem angelicam esse damnatam, cum sit perfectior speciei naturae humanae: Explane verisimile non est, quod species nobilissima universi, cuiusmodi fuit species Luciferi, sit tota damnata, & suo sine frustrata, quae est beatitudo, propter quam a Deo producta fuit; esset autem damnata, si non haberet neque habere posset, nisi unicum individuum: Alia insuper solent ad hoc adduci Patrum auctoritates, inter quas luculentissima est, quam refert Doctor, quod 2. art. 1. Damasceno in elementario c. 12. ubi ait, secundum unumquemque ordinem Angelorum differentes hypostasies condidit, non solum hoc, sed etiam secundum unamquamque speciem, quam rursus auctoritatem frustra nititur Caiet. cit. eludere dicens Damascenum vel locutum esse ex aliorum sententia, vel per speciem intellectuale speciem substantiam, & non finitam; quae expositio est penitus violenta nam ut patet legitur, loquitur ex propria sententia, & intendit descendere ad superiora usque ad inferiora speciei specialissimae, & quamvis pro hac parte nequeat adduci ratio conveniens, ad tamen facta congrua, quia ad ordinem universi per se pertinent individua: ergo in suprema universi parte, quae Angelos continet, sunt plura eisdem speciei individua: quia si individua spectant ad decorem universi, ut constat de individuis rerum materialium, multo magis individua in ethibus perfectis, cuiusmodi sunt Angeli.

16. Dicendum tamen: quod loquendo de facto de pluralitate Angelorum specificae, licet incertum sit, an de facto Angeli producti sint omnes eisdem speciei, vel diversae, probabiliter tamen esse, quod omnes sint eisdem speciei: Conclusio quoad primam partem satis constat ex Augustini testimonio lib. contra Priscillianitas c. 1. & in Enchirid. c. 58. & lib. 12. de Genes. ad lit. cap. 29. quibus in locis semper ingenue fateatur de huius dubii solutione ignorare, an de facto Angeli producti sint omnes eisdem speciei, vel diversae: Tum quia licet multi putent omnes esse diversae speciei, aut hoc dicunt, quia absolute putant non posse dari plures angelos sub eadem specie, quod fallum esse satis constat ex dictis; aut hoc probant congruentius, non autem illa convincunt ratione. Tum quia cum possit Deus creare omnes eisdem speciei, vel diversae, & non revelaverit quid fecerit, nec addit ratio ex illa parte convincens sequitur hoc punctum esse incertum. Quoad secundam partem probatur, quia licet pro hac parte nequeat adduci ratio convincens, sicut nec pro opposita, tamen favet illi expressa plurium Patrum testimonia, quae nullam admittunt tergiversationem, Basil. lib. 3. contra Eunomium, omnes Angeli, inquit, sic appellationem unam habent, ita etiam eandem omnino naturam habent; & infra in Angelis eisdem ordinem, & dignitatem diversitas est, secundum autem naturam communis, & societatis; Athanasius q. 4. ad Antiochum, una & eadem est essentia Angelorum, sicut etiam una tantum est essentia hominum; Hieronymus apud 1. contra Rufinum ait, sicut inter homines ordo dignitatum pro laborum varietate diversus est, & tamen omnes homines sunt; ita etiam inter Angelos diversae sunt merita, omnes tamen in angelica dignitate persistunt; sic passim alii loquuntur, quos longa serie refert Malonius 2. disp. 3. disp. 3. Nec valet, quod responderi solet, cum Patres dicunt Angelos esse eisdem naturae intelligunt de natura sub altera, sicut cum solemus dicere, aliam esse naturam volatiliam, aliam piscium, aliam quadrupedum, nec sumitur natura generica, non specificae, quia quilibet illarum continet fidei varias species; Non inquam, valet, quoniam plures expressè dicunt unam essentiam Angelorum sicut una tantum est essentia hominum.

17. Nec minus satisfacit, quod alii dicunt, Patres te vera fuisse illius sententiae, Scholasticos vero te amplius examinata sentisse alter, sicque tractu temporis in Scholis sententiam oppositam, tanquam communem fuisse introductam; Non inquam, satisfaciunt, tum quia fallum est omnes Scholasticos in oppositam sententiam consentire, nam expressè S. Bonav. & alii in inferiori notae hanc partem defendunt, tum quia Scholasticis te etiam naturae examinata nullam rationem convincentem attulerunt pro parte opposita; ceteris autem partibus, quando licet nulla ratio convincens afferretur a Scholasticis, sequentur Patrum concilios Scholasticorum opinioni praefati lolet, ac debet. Accedit quod praeter Patrum testimonia pro nobis fiat etiam Concilium Florenti-

num, ubi dicit, Angeli omnes, ut appellationis unius, sic etiam eisdem naturae sunt inter se; & infra, quemadmodum angelorum alius est princeps, alius subditus, & tamen omnes angeli natura sunt, & in dignitate quaedam diversitas, in natura vero communitas est. Nec satisfacit rursus, quod ait Malon. loc. cit. quae ibi referuntur esse verba S. Basilii allata à Concilio, non ad probandum Angelos esse eisdem naturae, sed ad probandum Spiritus sancti consubstantialitatem, & processionem à Patre, & Filio, unde pro modum exempli, & ex sententia tantum S. Basilii loquitur; Non, inquam, id suffragatur, quoniam eo ipso, quod Concilium auctoritatem addidit ad probandum aliquod suum dogma, illam approbare censetur (esset non tamquam decretum, & fide ad excludendum Nazarii evasione) ne dicamus Concilium doctrina falsa, vel saltem incerta (sua probare dogmata; tum quia etiam Basilii ipse, cum ita loquitur, probare contendit inter divinas personas esse ordinem, etiam si sint eisdem naturae exemplo Angelorum, qui inter se ordinem habent, cum tamen eandem habeant naturam, unde colligitur ipsum loqui de natura specificae, & atomae, alioquin nihil probaret, & Concilium data opera ad idem dogma probandum eandem uti doctrina. Cum igitur pro hac parte expressè habeamus auctoritates, & Patrum, & Conciliorum, & pro opposita nulla apparet urgens ratio, quia differentiam munitur, & ordinem possunt omnino ex gratia habere, aut etiam ex natura simul, ut notavit Valquez disp. 181. in fine potest enim unus alium illuminare naturaliter, quia superioris sit intellectus secundum speciem, sed quia intra eandem perfectiorem habeat intellectum ut inter homines contingit; hinc probabilius videtur asserere, quod de facto omnes sint eisdem speciei.

18. Praeterea nonnulli etiam hanc partem probare conati sunt ratione, quam olim audivi valde exaggerari à quodam nostro Theologo Patavino, quae Bonaventuram iactabat; ratio est talis, maior unitas, quia ad perfectionem pertinet, ideo Deo lumine convenit; sed Angeli magis ad Deum accedunt in perfectione, quam caeterae creaturae; ergo cum ad summam illam unitatem pervenire nequeant, quae est numerica, saltem attingere debent specificam, quae est illi prior; quod si eis unitas generica attribueretur, tunc ordo perfectionis inter creaturas perturbaretur, quandoquidem homo magis accederet ad unitatem Dei, quam Angelus; hic autem ordo postulat, ut quo creatura magis ad Deum accedit in perfectione, eo majorem participet unitatem, & quo magis recedit minore, ut constat de brutis, aliique rebus inanimatis, quorum species sunt valde multiplicatae, & varia sunt genera.

Respondeo hanc creaturarum catenam in perfectione ab his auctoribus fabricatam, ut quod magis ad Deum accedunt in perfectione, eo majorem participet unitatem, ut tandem hinc concluderent solam unitatem specificam in Angelis, non satis solidam esse, nec in suis annulis valde connexam; nam iuxta hunc ordinem Sol esset Deo proximior, quam Angelus, cum sit unus numero; elementa quoque essent perfectiora mixtis, quia plures sunt species, & genera mixtorum, quam elementorum; rursus natura humana esse deberet speciem multiplicatam, quia magis à Deo recedit, quam Angelus; falsa est ergo illa propositio absolute loquendo, quod creatura quo magis ad Deum accedit in perfectione, eo majorem participet unitatem; quia in solo Deo singularitas dicitur perfectionem simpliciter, in creaturis vero pluralitas est perfectio supplens imperfectionem, quare satis erit, in creatura, quod magis ad Deum accedit, eo plures participet perfectiones alias, quae creaturae sunt communicabiles, non autem necessario majorem unitatem; & hac ratione Angelus dicitur Deo proximior, quia plures alias perfectiones participat, quam caeterae creaturae, etiam si majorem non participaret unitatem, quia licet in creaturis non dicitur perfectionem simpliciter, sed solum in Deo; Nulla itaque ratio urgens afferri potest pro hac parte, nisi quam indicavit Scapathus loc. cit. quod non sunt multiplicanda entia sine necessitate; cum ergo omnia possint salvari per solam distinctionem numericam, nec ulla cogat ratio in oppositum, & pro nobis addit expressè Patrum testimonia, quae nullam admittunt gloriam, probabilius videtur asserere omnes Angelos esse eisdem speciei: & hac quoque ratione utitur Maitron. 2. disp. 3. q. 3. ubi hanc partem sustinet. Scio quia modis Ripam 7. q. 4. cit. art. 4. citi ad evadendum Patrum auctoritates, qui tamen omnes vel coincidunt cum relatis, vel omnino alieni sunt à mente illorum, ut faciliè patet intuitu, & ideo Arriaga c. 2. inquit ob auctoritatem PP. hanc partem esse probabiliorem.



ARTICULUS TERTIUS.

Obiectum solutio.

19 **I**n oppositum obicitur. Primum potissimum D. Thomae fundamentum, quia principium numerice multiplicationis est materia: sed in Angelis non est materia; ergo neque principium numerice multiplicationis, minor communiter conceditur, idem enim Angeli dicuntur substantie immateriales, quia carent materia partis; major nictur pluribus Aristot. auctoritatibus, quibus docuisse videtur materiam esse principium individuationis, & precipua loca sunt i. Celi 29. ac tribus sequentibus, & lib. 5. Met. 12. & lib. 7. tex. 28. 35. & 4. & lib. 8. & lib. 12. tex. 49. ubi ex eo probat non esse plures numero primos motores, quia primus motor non habet materiam, quia ratio plane videtur eadem esse de Angelis: in quibus auctoritatibus tantam vim faciunt Thomista, ut Barnes, Zumel, Ripa, & alii dicant, quod licet Theologicè aliquo modo defendi possit dari plura individua, aut dari posse sub eadem specie in intelligentiis saltem de potentia Dei absoluta, philosophicè tamen ajunt id nullatenus posse defendi: unde inferunt non esse hanc multiplicationem numericam Angelorum asserendam à Theologis, ne irrideatur à Philosophis. Probat etiam illam majorem ratione, non enim multiplicatur individua sub eadem specie, nisi per materiam indivisibilem sub quantitate eadem esse de illud, & qui convenit primum dividi in partes ejusdem rationis: ergo culibet alteri comitis per ipsam: multiplicatio autem individuum sub eadem specie non est, nisi quedam speciei diviso in partes ejusdem rationis.

20 Resp. majorem esse omnino falsam etiam juxta principia philosophica, & metaphysica, ut pluribus ostendi disp. 10. Met. 9. 6. ubi art. 1. an. 75. singulas illas auctoritates explicui cum Doctore 2. disp. 3. q. 6. §. Ad questionem quintam, ubi exponit Aristot. ut plurimum locis citatis materiam accipisse non pro materia partis, sed pro differentia individuali, quæ simul dicitur quandoque dicitur materia, quatenus rem constituit in ultimo omnino esse subicibilem, ac determinabili, & eamque expositionem contra nonnullos esse ad Aristot. intentionem ostendi, & à quibusdam cavillationibus vindicavi, quæ proinde hic repetere non est opus, cum ibi legi possint, ex quibus facile potest occurrere omnibus, quæ hic obicit Nazarius contra præfatam expositionem, & quam etiam ibi ostendo esse approbatam ab insignibus Peripateticis. Et quidem ultimus locus ex 12. Metaph. 49. in quo majorem vim faciunt, est ubi n. 76. explicatur cum Doctore, quod loquitur non de materia partis, & physica, sed de materia sumpta pro individuali differentia, probat enim, quod non possunt esse plures primi motores quia in primo motore non est materia, hoc est, non est in eo aliquid contrahens per modum differentie individualis, quodque illum constituit in ultimo esse subicibilem, sed est de se hoc sine alio contrahente, nam talis contractio non fit cum perfecta simplicitate, & idem quidditas Dei est de hæc; Addit Bassol. disp. 3. cir. qu. 1. ad 2. principale, quod si Aristot. intellexit opus esse ad hoc, quod aliqua natura sit multiplicabilis, quod habeat materiam partem sui, falsum, intellexit, & est negandus, quia tunc materia non esset multiplicabilis, nec aliqua forma; sed necio (inquit) si fuerit ita rudis, & ita materialis homo, ut sic intellexerit, unde si non placeret expositio ex Scoto allata, aliter adhuc ipsum exponit, quod cum inquit, quod si primum movens multiplicare haberet materiam, intelligendum esse de materia metaphysica, id est quod haberet naturam potentialem, & contrahibilem per differentiam individuaalem, neque esset purus actus, & de se hic, & tunc negandum, quod fit eadem paritas de Angelo, quia habet materiam in hoc sensu, scilicet naturam potentialem, & contrahibilem, quia non est actus purus, & de se hic: Neg. Theologis timendum est, quod à Philosophis irrideatur, si hanc defendant sententiam, quandoquidem nostra sententia magis nictur principii philosophicis, quam theologicis, sed magis timendum est ad Verfaris, ut ait Averfa, de irrideatur tum à Theologis, tum à Philosophis, cum ut loam mordicos teneatur sententiam, negant precipua principia philosophica, & metaphysica, ut constat ex dictis.

Ad aliam probationem ejusdem majoris ex ratione deductam, negatur assumptum, quia individua sub qualibet specie multiplicatur per suas hæcitates, ac individuales differentias, ut ex Instituto diximus disp. 2. Metaph. cir. qu. 9. art. 1. non autem per materiam, sive nudè sumptam, sive cum quantitate, ut dictum est numero 14. & cum dicitur

quantitatem esse illam, cui primò convenit dividi in partes ejusdem rationis, præterquam quod hoc est afferere quantitatem esse primum, & præcipuum principium individuationis, dico hoc verum esse de divisione in plures partes quantitativas, & integrales, quæ numerum consequuntur de prædicamento quantitatis: talis autem non est divisio universalis in suas partes subiectivas, nec speciei in individua: hæc enim est divisio metaphysica, ut logica totius potentialis, quæ fit per differentias contrahentes, & est omnino alterius rationis à divisione quantitativa, quæ est propria totius integralis; & apud omnes compertum est, quod cum de numero Angelorum agimus, non eo de numero est sermo, qui discretus est quantitas ex continui divisione proveniens, sed de numero entitativo, sive transcendentali, qui etiam entibus omnino materia carentibus adaptari potest.

Sed insunt Thomista, præfatam Scoti expositionem, quod Aristot. loc. cit. materiam accipiat pro differentia individuali, quæ eadem materia dicitur, quatenus constituit rem in ultimo esse subicibilem, & materiali, non autem in esse formali, quia non pertinet formaliter ad quidditatem rei, esse prorsus irrationabilem, quia differentia individualis, cum habeat rationem contrahentis, & determinans naturam specificam, velut realitatem potentialem, potius habet rationem actus, quam materiam. Respondeo non esse inconveniens ipsam differentiam individuaalem habere rationem actus, & materiam, diversis tamen respectibus; habent enim rationem materiam in quantum rem constituit in ultimo esse subicibilem; & habet rationem actus, in quantum determinat naturam specificam ad esse hoc, & in quantum distinguit unum individuum ab alio, actus enim determinat, & distinguit 7. Met. Rufus insunt Joan. de S. Thoma disp. 19. cir. art. 3. n. 12. fi Arist. 12. Metaph. 49. nomine materiam intelligit hæcitate, petis principium: nam sensus est, idem Deus est unus numero, & non plures, quia non habet hæcitates, sed differentias individuales.

Confirmatur à quia Aristot. probat Deum non habere materiam, quia est actus seu forma pura, & incorporea: ergo id intelligit per materiam, per cujus carentiam reddidit Deus incorporeus, seu spiritualis, & forma pura; sed non redditor incorporeus, & spiritualis per carentiam hæcitatibus, nam per carentiam hujus dicitur aliquid universale, non incorporeum, vel spirituale, neque actus purus, ergo loquitur de vera materia substantiali, per cujus carentiam res dicitur incorporea, spiritualis, & actus purus. Respondeo, negando, ea data expositione Aristot. principium petere, inde enim probat non esse plures primos motores, quia in primo motore non est materia, hoc est, aliquid contrahens per modum differentie individualis, & hoc turis probat ex ejus summa simplicitate, & actualitate, unde tandem concludit esse de se hoc, & non per differentiam individuaalem contrahentem, in quo nullam comitit principii petitionem, quia assignat rationem, cur in Deo non detur hæcitates.

Ad Confirmationem dico in primis apud Aristot. certum non esse, quod carentia materiae prime inducat incorporeitatem, cum apud ipsum, Cælum non consistet ex materia, & forma, ut Doctore ostendit 2. disp. 13. q. 1. & tamen est corpus; neque è contra absolute certum est, quod spiritualitas, & incorporeitas arguat carentiam materiae partis, cum non desint componentes Angelum ex forma, & materia spirituali; Sed his omnibus concessis, adhuc argumentum nihil concludit, quia licet carentia materiae partis inducat spiritualitatem, & incorporeitatem, non tamen summam simplicitatem, & actualitatem, qualis reperitur in Deo per exclusionem cujuscuque compositionis tum physice, tum metaphysice; nam certum est Angelos carere materia partis, & ob id esse spirituales substantias, & incorporeas, nec tamen ob id sunt puri actus, & summe simplices, quia admittunt adhuc compositionem metaphysicam, ut ergo probet Aristot. Deum esse purum actum magis, quam Angelum, non tantum excludere debet à Deo materiam, & potentialitatem physicam, sed etiam metaphysicam, sic enim probatur non tantum esse incorporeum, sed etiam actum purum.

Constat itaque primum, atque præcipuum opposita sententia fundamentum, quod scilicet materia sit principium intrinsecum distinctionis numericæ, nullius esse momenti, & esse prorsus falsum, si præsertim intelligatur de tota entis latitudine; quando enim id concederetur in entibus materialibus, adhuc negari deberet in latitudine entium spiritualium; & deniq; quando etiam concederetur illud principium esse verum in tota entis creati latitudine, nunc præstaret defendere Angelos quoque esse compositos ex forma, & materia spirituali, ut nonnulli etiam ex nostris factis probabile opinantur

nantur scilicet auctoritate D. Bonavent. 2. disp. 3. art. 1. qu. 1. & Scoti q. 15. de anima, pro quo videndus est ibi P. Cavellus: ex qua doctrina ruunt quæcunque adducit Serra cum Cajet. loc. cit. in oppositum, ut potest in rubro principio fundata de principio individuationis.

23 Secundo arguitur, quia Angelus est forma simplex; ergo non possunt duo Angeli distingui, nisi per formam, sed formaliter, sed omnis differentia formalis est essentialis, & specificæ, sicut qualibet materialis est numerica, ergo, &c. Conf. quia essentia abstracta, & per se, ac absolute subsistens non potest numero multiplicari, quia habet totam perfectionem suam (sue speciei, sed Angelus est forma abstracta, & per se subsistens, ergo &c. minor patet, probatur major, quia si non haberet totam, maxime quia participaret ipsam, sed nequit illam participare, idem enim participaret, quia haberet materiam, ratio si quidem limitans perfectionem naturæ est sola materia. Demum Angelus inter omnes creaturas magis accedit ad divinam actualitatem; ergo licet Deus ob suam actualitatem nec specie multiplicari potest, nec numero, ita Angelus, licet quia à divina actualitate recedit, possit specie multiplicari, quia tamen magis ad eam accedit, quam cæteræ creaturæ, numero multiplicari nequit.

24 Responderetur ex Scoto loc. cit. Angelos non dici formas, quia informant, & quia sunt naturæ, & essentiae integræ sine materia subsistens: ex quo non redderetur duos Angelos necessario formaliter debere distingui, si per differentia formalen intelligatur essentialis, & specificæ, quia talis essentia unitivè continet tam gradum specificum, quam gradum individuaalem, & secundum illum gradum unus Angelus potest ab alio specificè differre, & secundum istum numerice tantum; unde in hoc sensu falsa quoque est minor subillata, quod omnis differentia formalis fit essentialis, & specificæ: illa namque dicitur essentialis, quæ attenditur secundum gradum specificum, quæ verò attenditur secundum gradum individuaalem conjunctum cum specifico dicitur numeralis; sic differentia numeralis unius anime rationalis ab alia oritur ex forma anime, & tamen non est specificæ, quia non oritur ab illa secundum gradum specificum, sed individuaalem tantum; quam do negant tenentur etiam Adversarii admittente, quæ etiam fit differentia numeralis Gabrielis v. gr. poste alteri individuo communicari, adhuc tamen docent Gabrielem à Michaelè distingui nedum specificè, sed etiam numericè, & illam distinctionem inquit haberi per gradum specificum hanc verò per individuaalem, tamen hic gradum individualis per ipsos fit essentialis naturæ specificæ, ut tradit Ripa cir. art. 3. ergo etiam secundum Thomistam non omnis differentia unius Angeli ab alio est essentialis, & specificæ, etiam quilibet Angelus propriam constituit speciem; sed etiam igitur individualis, & numerica, quæ attenditur secundum gradum individuaalem conjunctum cum specifico in qualibet prima substantia Angelica, merito cujus constituitur in seipsa singularis, & hæc. Ad confirmationem ait Doctore negandam esse majorem, non enim magis natura immaterialis creata habet totam suam perfectionem in uno singulari, quam habet natura materialis v. g. humana in uno homine, & sic de aliis; quare sicut natura materialis dicitur habere totam suam perfectionem essentialen, & intensivam in uno individuo, non verò entitativam, & extensivam, quia multiplicatur in aliis; ita prorsus dicendum de natura immateriali creata: habet autem omnem perfectionem speciei illo modo non impedit plurificationem numericam: ad probationem majoris negat absolute Doctore solam materiam esse, quæ limitet perfectionem naturæ, nisi forte per materiam intelligatur entitas individualis contrahens formam, id est naturam specificam, sicut igitur persona divina idem non participat divinam naturam, sed eam habet totam, & totaliter, ut non possit dari alia persona habens naturam divinam numero ab ea distinctam, quia est infinita natura, & essentialiter de se hæc; ita quodlibet individuum è contra naturæ creata sive materialis, sive immaterialis, dicitur participare speciem, cujus est, quia talis natura est finitæ perfectionis, & non est essentialiter de se hæc, sed multiplicabilis, & participabilis à pluribus individuis per plures differentias individuales eam contrahentes.

Ad ultimum negatur consequentia quoad secundam partem, etenim ut constat ex dictis n. 18. major accessus Angeli ad divinam actualitatem non necessario consistere debet in majori unitate, quæ sibi repugnet numero multiplicari, sed in eo, quod fit natura à materia penitus abstracta, ac in intelligendo purior, & abstractior, quæ est proprietas substantiam immaterialem per se consequens.

24 Tertiò arguit Nazarius loc. cit. contr. 2. species Gabrielis

de facto nunc in uno tantum naturaliter subsistit individuo perfectissimo modo suæ speciei naturam habente; igitur non potest hæc eadem species in supposita plura distingui, probatur sequela, quoniam ex intrinseca hujus speciei natura provenit, ut seipsa sit individua; ergo per extrinsecum quodcumque superadditum non poterit alio modo individuari, sed necesse erit variari naturam, quæ primum est, & proprium individuationis principium. Confirmatur, quia natura Sortis ex hoc ipso, quod naturaliter est proprietatis Sortis individua, non potest amplius in alia supposita distingui, alioquin jam non esset natura Sortis, de cujus ratione est tales habere proprietates.

Responderetur absolute falsum esse antecedens, ut constat ex dictis, & amplius patebit ex dicendis, eo tamen concessio adhuc negatur sequela; ad cujus probationem rursus negatur assumptum; quia nulla natura creata seipsa est individua, & essentialiter de se hæc, sed tantum per differentiam superadditam, ut probatum est n. 4. unde mirum est, quomodo à Thomista assumatur illa propositio sine ulla probatione, cum inconstanter negetur à Scotis, quæ fit vis fiat in eo, quod species Gabrielis conservetur in eo perfectissimo modo, atque idem multiplicari nequeat in alia individua, in hoc sensu argumentum fuit nuper solutum.

Ad Confirmationem concedo naturam Sortis, prout à Sorreitate contractam, esse aliis individuis incommunicabilem, sic enim consideratur in statu contractionis, ac si consideretur in statu præcisionis, & suæ puræ essentia, in cujus essentiali concepta non includitur gradus illi individualis nimirum Sorreitas, falsum est, quod non sit illis individuis communicabilis divisim, quia in tali statu non est de se hæc, & retinet suam indifferentiam, & communitatem saltem negativam, ut dictum est in Metaphysica; & licet de ratione Sortis, sive nature Sortis, ut sic, fit habere tales proprietates, non tamen est de ratione humanitatis, ut sic; atque eodem modo discurrendum de natura specificæ Gabrielis quantum ad communicabilitatem, vel incommunicabilitatem. Deinde non video ad quid arguenti deleverit partem in argumento assumpta de natura Sortis cum natura Gabrielis; si enim tenet in omnibus, tunc vel natura humana erit incommunicabilis pluribus individuis, sicut Angelica in Thomistarum sententia, vel Angelica erit communicabilis pluribus individuis, ut humana, ut nos asserimus. Quod si naturam Gabrielis intendit comparare cum natura Sortis, quatenus proprietatis ejus est individua; tunc nil aliud concludit, ut diximus, nisi naturam Gabrielis, prout est ab ejus hæcitate individua reduplicativè, esse incommunicabilem, aliis individuis, quod ultro concedimus.

Quarto urgunt alii Thomista, quod est non implicet multiplicatio numeralis Angelorum sub eadem specie de potentia Dei absoluta; implicat tamen de potentia ordinaria naturis rerum correspondentem, quod ita probant, quia cum substantia Angelica sit forma abstracta, & immaterialis naturaliter postulat recipere totum esse suæ speciei, licet oppositum possit contingere supernaturaliter, & de potentia Dei absoluta; igitur de potentia Dei ordinaria naturis rerum correspondentem non potest solo numero multiplicari; assumptum patet, nam qualibet res naturaliter produci postulat cum tota perfectione, quam naturaliter petit; consequentia verò probatur, quia nequit res intra suam speciem multiplicari, si continet totum esse suæ speciei, quia in eo casu totum esse, in quod talis species multiplicari potest, supponitur jam communicatum uni individuo.

Responderetur in primis non bene in hoc casu distingui potentiam Dei absolutam ab ordinaria, nisi confundendo questionem de possibili cum questione de facto, ut bene Suarez adnotavit loc. cit. quod si concedere placet Thomistis istius distinctionis usum in hac materia, adhuc contra ipsos asserendum est, non minus posse Deum plures creare Angelos ejusdem speciei ultimæ de potentia ordinaria, seu operando modo connaturali, & ipsius naturæ angelicis consentaneum, quam de potentia absoluta, ut constat ex dictis. Et ad rationem adductam negandum est antecedens, si sermo sit de toto esse speciei, nedum essentiali, & intensivo, sed etiam entitativo, & extensivo, ut constat ex dictis n. 23. ad cujus probationem dico, utique reth quamlibet postulare produci cum tota perfectione essentiali, & intensiva non tamen cum omni extensiva, ac entitativa; itaque in proposito duplex est perfectio debita, & possibilis Angelo v. g. Gabrielis, altera essentialis, & specificæ; altera numeralis, & individualis, quæ dicitur extensiva; verum utique est Gabrielem postulare in se recipere totum esse suæ speciei, hoc est quicquid spectat ad integritatem essentialen: suæ speciei; falsum tamen est, quod



ulterius exigit in se continere omnem perfectionem extensivam in tali specie possibilem secundum latitudinem numeralem; quia non continet, nisi propriam singularitatem, non autem singularitates aliorum Angelorum: sicut in specie humana licet Petrus in se contineat omnem perfectionem essentialiam speciei debitam, non tamen continet omnem perfectionem extensivam speciei possibilem secundum latitudinem numeralem, sed tantum propriam singularitatem, scilicet Petricitatem; quare autem dari nequeat Angelus totum esse suae speciei sic continens numerum tam infinitivum, quam extensivum dictum est supra n. 11. quia esset infinita perfectio.

26 Sed inquit Nazarius loc. cit. nam si quidditas sit naturaliter subsistens non solum totam claudit essentialis perfectionis latitudinem, sed individualement hoc ipso perfectionem habere necesse est, etenim in quidditate subsistente erit natura secundum omnem suae perfectionis gradum, & modum non minus quam sit in eadem ab intellectu concepta; prout autem ab intellectu concipitur gradum omnem habet & modum a quovis singulari participabilem: ergo ea unica subsistentia omnem in tali natura possibilem includit subsistendi modum. Nec absurdum est inquit individuum aliquid esse perfectionis infinite secundum quid infra latitudinem rationis formae suae quidditatis, & multo minus naturam, sive speciem ipsam, cui infinitati non repugnat ea limitatio, quae fit per essentialia differentiam; haec enim solum tollit infinitatem infra totum entis latitudinem: sicut si quantitas esset infinita, nullus haberet terminos quantitas esset tamen limitata ad tale genus entis: quod est quantitas. Resp. negando assumptum cum ejus probatione, etenim quidditas naturaliter subsistens ut v.g. est natura Gabrielis nec in re extra, nec in intellectu alium includit gradum, & subsistendi modum prae proprium, & saltem omnino est, quod includat quemlibet alium a quovis singulari participabilem, neque id sufficienter probatur eo discursu.

Fallunt insuper est, quod si daretur individuum in aliqua specie Angelica sic formaliter, vel eminenter includens quemlibet subsistendi modum a quovis alio singulari sub ea specie possibili participabilem, est infinita perfectio tantum secundum quid, nempe in tali genere entis, non autem simpliciter, ac in tota entis latitudine; Hoc enim evidenter probatur per famosam Scoti regulam 1. dist. 3. q. 3. R. numquam ad summum in inferiori sequitur summum in superiori, nisi illud inferius sit nobilissimum contentum sub illo superiori; sicut non sequitur, perfectissimus animus, ergo perfectissimum animal, sed bene gratia materiae sequitur, perfectissimum animal, ergo perfectissimum animal, quia homo est perfectissimum animalium; sic igitur in proposito, quamvis haec consequentia non teneat, infinita quantitas, ergo infinitum ens, vel infinita substantia materialis, ergo infinitum ens; quia haec inferiora non sunt nobiliora, & perfectiora contenta sub ente; atramen quia substantia spiritualis est nobilissimum contentum sub ente, si haec semel ponatur infinita perfecta, gratia materiae per datam regulam concludi poterit de ipsa infinitas absolute sumpta, ac in tota entis latitudine sic deducendo; est perfectissima, ac infinita substantia spiritualis, ergo est perfectissimum, ac infinitum ens; quia etiam ratione probavimus dist. 10. Phys. q. 2. art. 1. non posse dari creaturam categoricam infinite infinitam quoad gradum specierum.

Argumenta contra tertiam, & quartam conclusionem.

27 Quod arguit, saltem de facto non dari plures Angelos sub eadem specie numero differentes, nam multiplicatio individuum intenditur a natura ob conservationem speciei ex Arist. 2. de Anima 34. & 35. sed conservatio speciei indiget individuum multiplicacione solum, ubi individua sunt corruptibilia, ergo Sec. R. ut perfectior est natura, seu differentia specifica, quam individualis: ergo ad majorem Universi perfectionem debent Angeli potius esse multiplicati per differentias específicas, quam individualis. Praeterea in corruptibilibus incorruptibilibus, non est, nisi unum individuum unius speciei, idem sol. una Luna, unum astrum in unaquaque specie: ergo idem censendum est de Angelis. Demum ordo individuum est per accidens, specierum est per se, ac prout de hic est perfectior illo; ergo potius ordo specierum, quam individuum tribui debet Angelis.

Respondet Doctor, quod licet Philosophus dicat, quod generatio est perpetua ad salvandum esse divinum in corruptibilibus, in quibus non potest species semper manere in uno

individuo; non tamen dicit multitudinem individuum esse precise in corruptibilibus, & ob eam causam, undecita est una causa multitudinis individuum in eadem specie, sed non praecipua, & praecisa: etenim etiam propter bonitatem suam communicandam, & propter suam beatitudinem pluram in eadem specie produxit, & ob majorem universi perfectionem, alioque fines per divinam providentiam sapienter intentos; & praeterim plures Angelos in eadem specie produxit, ut ait Damascenus in Element. c. 12. ut communicantes invicem in natura gaudeant ad invicem, & naturali beatitudine copulari ad invicem securae, & amicaliter disponantur. Ad 2. negatur consequentia, alioquin probari posset eodem modo debuisse Deum plures species Angelicas condidisse, quam de facto condidit, ac pariter plures rerum materialium species in hoc mundo sensibili; quamvis ergo verum sit differentias específicas perfectionis esse individualibus; non idcirco in Angelis sola differentia specifica est reponenda, quia perfectio unius multitudinis, seu corporis mystici non consistit in uno solo modo perfectionis, etiam si melior sit; sed in varietate, & complemento omnium; quod eleganter Doctor lit. H. ex Aug. declarat lib. 19. de Civitate Dei c. 13. ubi sic ordinem definit, Ordo est parium, & imparium rerum unicuique loca sua distribuentia congrua dispositio; ubi per res impares intelligit Aug. species, & rerum essentias, quae in perfectione quidditativa aequari nequeunt; nam si aequarentur, jam non essent distinctae species, & essentiae; per res vero pares intelligit individua, quae eadem specie atoma contenta, quae ob id dicuntur paria, quia eandem omnino perfectionem essentialiter participant, ab illo autem agente inquit Doctor qui principaliter intendit ordinem universi, sicut principale bonum intrinsecum sibi, non tantum intenditur ista imparitas, quae est unum requisitum ad ordinem scilicet specierum: sed etiam paritas individuum in eadem specie, quae est aliud concurrentes ad ordinem universi, ex qua Augustini doctrina luculenter constat, quod quamvis differentiae específicas perfectionis sint individualibus, istae tamen quoque suo modo spectant ad ordinem, & pulchritudinem universi, tam in hoc mundo inferiori, quam superiori, & ad ordinatam rerum dispositionem, quam Deus de facto intendit.

Ad tertium jam dictum est dist. 2. de Colo. q. 2. art. 4. le- 28 cendum veritatem Caelos inter se esse ejusdem speciei, ac etiam aliqua astra, licet non omnia; quare vero Arist. omnes Caelos, omniaque sidera specie inter se differentia posuerit, ac de se singularia, declarat Doctor q. 7. et. in fine; certum tamen est in proposito esse diversam omnino rationem de Angelis, & aetris: etenim ad universi commoditatem factis erat unus Sol, una Luna: at ministeria Angelorum postulabant, ut plures essent in eadem specie, ut satis liquet de Angelis ad nostram custodiam deputatis, quos probabilissimum est, omnes esse ejusdem speciei. Ad quartum ordo specierum dicitur per se, eo quia cum sint inaequales perfectionis, certum ordinem inter se fundens ex natura: ordo vero individuum dicitur per accidens, quia cum sint aequalia in perfectione essentiali, possunt inter se ad libitum ordinari uno, vel alio modo, ex hoc vero non recte deducitur debuisse omnes Angelos secundum species inaequales ordinari; quamvis enim ordo universi principalis penes specierum distinctionem attendatur, quam individuum: attamen ad universi ordinem utraque requiritur juxta descriptionem ordinis ex Aug. assignatam, & quamvis individua per accidens inter se ordinentur, si tamen ad totum Universum comparantur, per se ad ejus ordinem pertinent, qui est bonum universi intrinsecum, alioquin male rerum partitatem August. in rerum ordinis descriptione collocasset, ut notat Rada loc. cit. Sed inquit Nazarius loc. cit. quoniam ad perfectionem universi non requiritur in quolibet ejus parte rerum partium dispositio: sufficit igitur ad universi perfectionem ea paritas, quam habent corruptibilia singularia sub una specie. Tum quia non est requirenda paritas in ea essentia specifica, quae naturalem, & intrinsecam habet repugnanciam cum ipsa paritate, sicut habent Angeli, & caelestia corpora; Tum tandem, quia paritas illa, de qua loquitur Augustinus non est inter individua, sed inter species, quae ut in communi genere conveniunt, pares dicuntur: ut vero comparantur ad invicem secundum magis, & minus perfectam differentiam contrahentem, dicuntur impares.

Ad primum negatur assumptum, nam sicut ordo non tantum reperitur in toto universo, sed etiam in quolibet ejus parte, ita in quolibet ejus parte exigitur rerum imparium & parium dispositio. Ad secundum negatur minor, ut constat ex di-

ex dictis. Ad tertium negatur etiam assumptum, etenim August. ibi explicans paritatem affert exemplum de Individuis miseris, & beatis; & dicitur, quatenus in communi genere conveniunt, non tam dicitur pares, quam unum: individua vero, etiam quatenus plura, & distincta, dicuntur paria, quatenus unum in perfectione essentiali aliud non excedit, nec differentia unius constitutiva est essentialiter perfectior differentia constitutiva alterius.

Sed rursus inquit Nazarius, quia bonitas universi in ordine consistit, & ordo per accidens est quid imperfectum, & deficient ab ordine per se, imò cum esse ordinatum per accidens sit conditio diminuens rationem ordinis, esse ordinatum per accidens est esse inordinatum: igitur quod fuerit perfectior, & altior universi pars, sicut sunt substantiae immateriales, eo minus habebit de ordine per accidens. Poncius dist. 11. num. 16. ut se expedit ab hoc moroso Thomistarum argumento de ordine per se specierum, & per accidens individuum, in quo abique ullo fundamento tantam vim faciunt: ait ordinem individuum esse per accidens tantum incorruptibilibus, quatenus per accidens est, quod conveniant plures causa, quae ad eorum productionem concurrunt: non vero in incorruptibilibus, quae producuntur a solo Deo, quia cum ordo ille nil aliud sit, quam distinctio eorum numerica, & cum Deus a quo liberè producuntur, habeat eandem rationem producendi plura individua ejusdem speciei, ac plures species distinctas, nulla est ratio, ob quam ordo talium individuum sit per accidens potius, quam ordo specierum. Verum hoc non recte dicitur, quia quamvis Deus liberè producat immediate plura individua incorruptibilia ejusdem speciei, prout ad plures species distinctas; ex hoc non recte deducitur ordinem illorum individuum tam esse debere per se, quam ordinem specierum, non in corruptibilibus ex eo precise dicuntur individua ordinari inter se per accidens, quatenus per accidens est, quod conveniant plures causa, quae ad eorum productionem concurrunt, ut Poncius opinatur, sed quia ubi species, quae sunt inaequales perfectionis, certum ordinem fundant inter se ex natura sua; individua, quia sunt aequalia in perfectione essentiali, possunt ad invicem ad libitum ordinari uno, vel alio modo, sive sint a Deo immediate producta, sive intervenit causatum secundum per accidens simul concurrentium, unde in hoc sensu, qui verus, & legitimus est, negari nequit etiam individua incorruptibilia; si plura sub eadem specie admittantur, esse per accidens ordinata; Quare priori responsioni insistentem dicendum est, quod licet ordo specierum, qui est per se, sit ex suo genere perfectior ordine individuum, quae est per accidens, non hinc recte deducitur solum priorem esse in Angelis ponendum, quia ordo universi, qui est bonum intrinsecum ejus, ex utroque ordine integratur parium, & imparium, id est specierum, & individuum ex Aug. cit. & inquit Amicus cit. sect. 7. quando etiam esset major perfectio physica, quod Angeli essent sola species multiplicata, certe major est perfectio politica universi, quae in nobilissimo regno, quale est caeleste, est attendenda, ut Angeli non solum multiplicentur species, sed etiam numero in eadem specie ob rationes assignatas.

30 Sexto tandem arguitur contra ultimam conclusionem, non esse de facto Angelos omnes ejusdem speciei, sed specie multiplicatos; quia ordinem, officiorum, ac gratiarum diversitas arguit naturae diversitatem, Deus enim naturae perfectionis seae accommodavit in conferendis gratis. Confirmatur, quia & pulchritudini universi ea varietas, & uniformitas conducere valde videtur, ut sicut in aëre, & jucundo horto non omnes flores sint ejusdem naturae; nec omnes diversae, sed rosae multae, lilia multa, violae multae, ita de Angelis dicendum.

Resp. negando assumptum, etenim cum dona gratiae sint omnino indubita naturae, potest Deus pro libito dare inaequalia aequalibus, majora minoribus, aut e contra; & exemplum habemus in hominibus ipsis, in quibus tantam, & forte majorem videmus officiorum, & gratiarum diversitatem cum sola individuali naturam distinctione; addit Valquez dist. 8. cit. in fine posse Angelos differentiam numerorum, & ordinum aut omnino ex gratia habere, aut etiam ex natura simul, potest enim unus alium illuminare naturaliter, non quia superior sit intellectu secundum speciem, sed quia intra eandem perfectionem habeat intellectum, ut inter homines, ut dictum est n. 17. in fine. Ad Confirmationem dico adhuc conferre ad majorem universi perfectionem, si omnes Angeli sint ejusdem speciei, sed perfectissima ex omnibus speciebus de facto creatis, & huic rationi, quae tantum probabilis est, & congruentia quaedam, praevalere debet auctori-

Mela. In Secunda. Sentent.

tas Patrum pro hac parte expressissime loquentium, addeat non video qua facie ausus sit Zamel adferre hoc assertum esse plerumque fallum, & temerarium; quamvis enim sit contra majorem partem Scholasticorum, habet tamen pro se maximam partem Patrum; & cum neutri parti ratio faveat, res enim pure pendet ex sola Dei voluntate, quae in hac materia nobis non est revelata; probabilis videtur, inquit Ariaga, ob Patrum auctoritatem Angelos solo differre numero; Nititur etiam ex nostris Brancavius dist. 3. cit. q. 1. pluribus ostendere rationibus de facto Angelos eodem numero, sed etiam specie esse multiplicatos, quae tamen, si bene inspiciantur, non probant factum, sed solum possibilitatem, quam tamen neque nos negamus.

ARTICULUS QUARTUS.

Replica Auctoris ad P. Poncium de inaequalitate perfectionis specierum.

31 Occasione praesentis controversiae abste non erit replicare ad ea, quae contra me scripsit nuper P. Poncius in recensione sui Curtius philosophici dist. 71. in additionibus ad ultimam quaestionem; etenim dist. 8. Metaph. q. 7. art. 1. contra Recentiores, quibus ipse subscripsit, docuit cum Antiquioribus Scholasticis essentias omnes específicas necessario esse debere in perfectione essentiali inaequales, ita ut implicet duas reperiri ejusdem omnino perfectionis; idque probavit cum Aureolo n. 234. hac ratione, quae conveniunt in eodem gradu perfectionis specificae, necessarii sunt ejusdem speciei; ergo non possunt dari duae species in perfectione essentiali aequales; probatur assumptum, quando aliqua sunt idem realiter, & formaliter, ac etiam ratione, quae in uno illorum conveniunt, conveniunt in reliquo; sed gradus perfectionis specificae, & essentialis multos etiam ratione, ergo quaecumque conveniunt in eodem gradu specificae perfectionis, conveniunt etiam in ratione specificae.

Primo respondet Poncius in prima additione ad eam ultimam quaestionem, quod si sermo sit de eodem gradu, hoc est de tantitate gradus, ita scilicet ut sit sensus, quod quae conveniunt in tot gradibus perfectionum, vel in perfectione tot graduum, aut quaecumque ita se habent, ut quodlibet ex ipsis habeat duos gradus perfectionis essentialis, illa debent esse ejusdem speciei, sic directe petitur principium, & negari debet antecedens; si vero sermo sit de eodem gradu, id est de gradu ejusdem rationis, verum quidem est antecedens, sed falsa consequentia; antecedens vero probatur in sensu, in quo conceditur, & in quo non valet consequentia; Quod si sensus sit, non posse aliqua convenire in tantitate perfectionis, quin conveniant in ipsa perfectione, sic etiam petitur principium, patet manifeste esse falsum, quia attributa divina conveniunt in tantitate perfectionis, nam quodlibet est infinita perfectionis, & tamen non conveniunt formaliter in ipsamet perfectione, diversa est enim formaliter perfectio sapientiae a perfectione iustitiae.

Sed dico sensum illius antecedentis esse, non posse aliqua convenire in tantitate perfectionis essentialis, quin conveniant in ipsamet perfectione essentiali; neque hoc patet esse manifeste falsum, siquidem quia Petrus, & Paulus sunt aequales in perfectione essentiali; hinc a posteriori colligimus esse ejusdem speciei, & convenire in eadem perfectione essentiali, ut docet Doctor 2. dist. 3. q. 7. G. ex D. August. 1.9. de Civ. Dei cap. 13. dicente ordinem universi constatum esse ex imparitate specierum, & paritate individuum in perfectione essentiali cum enim inquit August. quod ordo est parium, & imparium rerum unicuique loca distribuentia congrua dispositio, per res impares intelligit rerum essentias, quae in perfectione quidditativa aequari nequeunt; alioquin distinctae species, & essentiae non essent: per res autem pares intelligit individua sub eadem specie atoma contenta, quae ob id dicuntur paria, quia eandem omnino perfectionem essentialiter participant, ut supra explicatum est; sicut ergo bene sequitur a priori, Petrus, & Paulus sunt ejusdem speciei, ergo sunt aequales in perfectione essentiali; ita quoque tenet haec consequentia a posteriori, Petrus, & Paulus sunt pares in perfectione essentiali, ergo sunt ejusdem speciei, & conveniunt in perfectione essentiali; ergo illud meum antecedens, quae conveniunt in eodem gradu perfectionis essentialis, sunt ejusdem speciei, etiam in hoc sensu intellectum de tantitate perfectionis est verum, neque in eo petitur principium.

Ratio autem veritatis hujus consequentiae est, quia relationes



nes primi modi, scilicet identitatis, similitudinis, & equalitatis, cum sint equiparantia fundantur super unum, five super unitatem ex 5. *Metaph.* si ergo aliqua duo sunt equalia in quantitate motus, five perfectionis; opus est, quod aliquo modo participent unam, & eandem quantitatem, quia unitas est ratio proxima fundandi relationes equiparantia; ergo nequeunt aliqua duo convenire in tantitate perfectionis, quin etiam aliquo modo in ipsa perfectione conveniant, & aliquam unitatem habeant ejusdem quantitatis perfectionalis. Dices aliqua duo possunt convenire in tantitate perfectionis, ut calidum, ut duo convenit cum frigido ut duo, in intentione qualitatis, licet non conveniant in natura ipsiusmet qualitatis. Contra, hoc utique verum est, quando gradus intentionis realiter distinguitur ab ipsa re intensa, & est ab ea separabilis, ut contingit in exemplo allato de intentione calidi, & frigidi, ut duo, quemadmodum dictum est *disp. 8. cit. n. 237.* at quando modus intensiois non distinguitur realiter ab ipsa re intensa, ut contingit in proposito de gradu perfectionis essentialis respectu nature specificæ, est prorsus falsum, atque idem quod conveniunt in eodem gradu perfectionis essentialis, debent consequenter necessario convenire etiam in ipsa perfectione; eo quia gradus talis perfectionis, scilicet essentialis est realiter salte identificatus cum ipsa re perfecta, & in hoc consistit robur rationis Aureoli, quæ dixi mihi evidentiissimam esse, nec Poncius sufficienter percipit deceptus exemplo modo intensiois accidentalis in aliis rebus, quas videmus convenire in gradu intentionis, non autem in natura, eo quia talis modus intensiois accidentalis realiter feceruntur ab ipsa re intensa, & est ab ea separabilis; at non sic est de gradu intentionis, & perfectionis essentialis, qualis est gradus perfectionis specificæ, de quo modo est sermo; cum enim hic fit realiter, & formaliter identificatus cum natura specificæ, cuius est modus intrinsecus, ac omnino inseparabilis, plane identitatem aliqua duo convenire in eodem gradu perfectionis essentialis, & non in ipsa perfectione essentiali; Ad illam vero instantiam de divinis attributis, quæ conveniunt in tantitate perfectionis, quia quodlibet est infinita perfectionis, & tamen non conveniunt formaliter in ipsamet perfectione, consistit infra; interim dico impropiissime dici, quod conveniant in tantitate perfectionis, cum omnia sint infinita perfectionis, quoniam tantitas, cum limitationem dicat, est proprietas solummodo quantitatis, & essentia infinita.

33 Secundo respondet Poncius posse dici, sicut in Logica dixerat, quod species diversæ convenirent in eadem differentia, quatenus illa principiat tantam perfectionem, hoc est perfectionem, ut tria, vel ut duo; non vero, quod convenirent in eadem, hoc est similitudine nature; sicut potest dici, quod calidum, ut duo, convenit cum frigido, ut duo, in intentione qualitatis, licet non conveniant in natura ipsiusmet qualitatis. Verum *disp. 8. cit. n. 234.* dixi hac solutione nostram potius confirmari doctrinam, quia differentia specificæ idem hanc speciem constituit cum genere, & non aliam, quia constituit essentiam in tali, ac tanto gradu perfectionis essentialis, non majori, vel minori ergo si illa duo convenirent in eadem differentia quantum ad hoc, quod utraq; principiat tantam perfectionem, etiam convenirent in ea, quoad hoc, quod utraq; eandem constitueret essentiam, & speciem. Conf. quia essentia, vel differentia specificæ ita est principium perfectionis, constitutiva, ut talis perfectio est commentum ad eam, ut ex similitudine, vel equalitate perfectionis duorum possit inter ipsa argui identitas specificæ, ut constat in individuis ejusdem speciei. Respondet Poncius negando antecedens, sed potius idem constituit talem speciem, quia est talis natura, quæ scilicet fit dissimilitudo omnibus aliis naturis, unde si nullam diceret perfectionem, profecto adhuc modo esset dissimilitudo aliis naturis, constitueret cum genere determinatam speciem. Ad Confirmationem negat propositionem illam, neque enim ex entitate perfectionis, sed ex qualitate potest colligi unitas, aut distinctio specificæ aliquorum.

Sed hæc omnia voluntarie dicuntur ad solvendam utcumque, mea argumenta, non pro veritate indaganda: in primis non alio modo potest differentia constituere cum genere determinatam speciem, nisi determinando ejus potentiam, & actuando essentialiter, hoc autem efficere nequit, nisi perfectio deo generis essentialiter: ergo si differentia nullam diceret perfectionem, jam non esset perfectiva generis: neq; cum eo constitueret potest determinatam speciem: Deinde hæc species v. g. humana idem dissimilitudo est ab aliis naturis, & essentia, quia in ordine universi essentiam talis, ac tantæ perfectionis constituit, quæ scilicet est minor angelica, & major brutalis, & cæteris: nam ordo universi principaliter attenditur pene tantam distinctionem specierum, in quibus est imparitas perti-

nens ad ordinem, ut notat Doctor *loc. cit.* ex Aug. ergo illud meum antecedens est verum, quod differentia specificæ idem hanc speciem constituit cum genere, & non aliam, quia est principium tantæ perfectionis, & v. g. majoris, & in tanto gradu perfecti, & actuat genus, & non majoris. Sic pariter ad confirmationem immerito negat, quod ex entitate perfectionis essentialis colligatur unitas, vel distinctio specificæ aliquorum, quia ut docet Doctor *loc. cit.* ex Aug. ordo universi principaliter attenditur pene distinctio specierum, & distinctio specierum attenditur pene imparitatem perfectionis essentialis, quam unaquæque importat: ergo ex tanta, vel tanta perfectione importata sufficienter colligitur unitas, vel distinctio specificæ aliquorum; & hac imparitate ablata tollitur sufficienter signum distinctionis unius speciei ab alia.

Tertio *disp. 8. cit. n. 238.* respondeo ad rationem Averse etiam à Poncio adductam, nempe quod diversitas specificæ non necessario inferat inæqualitatem perfectionis, quia relationes diverse sunt diversæ speciei, aut nature, & tamen non sunt inæqualitates perfectionis; respondeo, inquam, argumentum non valere, quia vel relationes dicunt perfectionem infinitam, & sic corruit argumentum, quia cum infinita sint, sunt inæqualitates incapaces, quandoquidem equalitas, & inæqualitas sunt proprietates duntaxat quantitatis, & essentia finita, ut monet Doctor 2. *disp. 1. qu. 3. K.* Vel formaliter non importat nec perfectionem, nec imperfectionem, & sic minus urget argumentum, quia cum juxta hanc dicendum, quem sequuntur Scoti, non sint entia quanta, nec equalitatis, nec inæqualitatis erunt capaces, cum hæc sint proprietates solum entis quanti; unde dicebam, mirum esse, quod ajebat Poncius, hoc argumentum efficaciter concludere ex suppositione hujus sententia, quod relationes diversæ nullam dicant perfectionem. Sed instat modo Poncius, quod intentum suum erat tantum probare, quod diversitas specificæ non necessario inferat inæqualitatem perfectionis, quandoquidem relationes diversæ sunt diversæ, ac dissimililes nature, & tamen vel nullam dicunt perfectionem, ut ajunt Scoti, vel si dicant, certe non inæqualem, quandoquidem omnes dicant infinitam. Quod vero dicebam, argumentum corruere, si dicant perfectionem, quia cum hæc infinita esse debeat, non poterunt esse capaces equalitatis, aut inæqualitatis, quia hæc sunt proprietates quantitatis, & essentia finita; aut se necesse quomodocumque verum esse possit, quandoquidem de fide fit Personæ divinas ex symbolo S. Athanasii esse coæternas, & coequalles, quomodo autem Scotus exponendus fit ad illum locum relinquat; Et tandem deridet, quod dixerim *loc. cit.* male desumi argumentum ex rebus divinis ad humana, quæ si ex divinis possumus concludere intentum in creatis, quare non possumus hoc facere, sicut facimus à creatis ad divina.

35 Verum per hæc replicam non adhuc Poncius vult afferre intentum, quod diversitas specificæ, scilicet non necessario inferat inæqualitatem perfectionis, quandoquidem in entibus quantis, & finitis necessario inferunt inæqualitatem positive; & in entibus non quantis, quales sunt relationes originis in divinis, inferunt inæqualitatem saltem negativæ, quia secundum illas Divinæ Personæ, si non sint inæquales positive, saltem neque dicuntur æquales, ut constat ex dictis in 1. *disp. 7. n. 19.* Quod autem alit quoad aliam partem meæ solutionis, si relationes ponantur dicere perfectionem infinitam, se necesse, quomodo verum esse possit, quod equalitas, & inæqualitas sint proprietates quantitatis, & essentia finita, quandoquidem de fide fit ex symbolo S. Athanasii personæ divinas esse coæternas, & coequalles, valde mihi mirum est, quia uniuersique Avctor scire tenetur, quæ ipse scripsit alia, & docuit relicta itaq; Scoti auctoritate, de qua parum curat, cum alibi remittat exponendam, videamus quid Poncius ipse doceat in hoc puncto; *disp. 43. de Infinito 9. 1. n. 19.* quatenus unum infinitum possit esse æquale alio infinito, & majus, aut minus illo, respondet in hæc verba: In ratione infiniti formaliter loquendo omnia infinita esse equalia, aut saltem non esse inæqualia, quod addo (inquit) quia equalitas proprie dicta supponit convenire tantum posse quantitatis finitæ, quo supposito infinitum non potest esse æquale nisi proprie loquendo, de quo non potest esse alia controversia, quæ de nomine, si ergo etiam juxta ejus doctrinam equalitas proportionaliter tantum, & non proprie rebus infinitis applicatur, quatenus in perfectione una non excedit aliam, necio quo spiritu ductus modo hæc instantiam adducit de equalitate divinarum personarum, quæ mihi responso parum consona sit fidei dogmatum, ac etiam ipsa Scoti doctrina, quod equalitas, & inæqualitas sint proprietates quantitatis, & essentia finita: Et adhuc frigidior est illa dicitio, quod

dixerim male desumi argumentum ex rebus divinis ad humanas: hoc enim absolute, & simpliciter neque hic, neque alibi asseri, sed dixi *disp. 8. n. 238.* quod diversitas est ratio divinarum relationum, ac attributorum à speciebus rerum creaturarum, de quibus hic est sermo, & in hac materia de equalitate, & in equalitate perfectionis specificæ male deduci argumentum ex rebus divinis ad res creatas, eò quia equalitas, & inæqualitas sunt proprietates quantitatis, & essentia finita.

36 Quarto *disp. 8. cit. n. 239.* propono duo ejus argumenta, quibus probare contendebat ex diversitate specificæ non necessario colligi inæqualitatem perfectionis; primo quia prius colligimus aliqua esse dissimilia, ac diversa speciei, quam cognoscimus quodnam sit perfectius, & sine eo, quod de perfectione eorum cogitemus. Deinde quia verisimile est duas visiones duarum albedinum esse diversæ speciei, quia magis distinetur, quam due visiones eisdem albedinis, cum tamen videantur esse eisdem perfectionis. Ad 1. dixi ex diversitate specificæ, præsertim distinctæ, & perfectæ concepta colligi inæqualitatem perfectionis, sicut ex eo quod duo individua sint eisdem rationis lequior quod esse debeat equalis perfectionis. Contra instat, quia si id colligeretur, statim sciretur, quod essent inæqualis perfectionis abque ulteriori dicitur, quod est falsum, quia alias de hac re non potest esse controversia, nec est eadem ratio de speciebus, & individuis, quia quandoquidem individua sunt eisdem, ac similitudine nature non possunt habere inæqualitatem, quia alias haberent aliquam dissimilitudinem, quæ proveniret inæqualitatis: Sed diversæ speciei licet sint dissimililes nature, non inde tamè potest deduci, quod non possint esse equalis perfectionis, licet bene sequatur, quod non sint similes perfectionis; Ad id nec verum esse, quod ex equalitate perfectionis Petri, & Pauli colligatur bene, quod sint eisdem speciei, sed potius id colligitur ex similitudine perfectionis, ex quo deducitur totum meum dictum sub *n. 236.* esse insufficientem.

Sed adhuc instantiam iam ibi insufficientem respondi, ex diversitate specificæ duorum non semper statim colligi abque ulteriori dicitur eorum inæqualitatem in perfectione, quia eorum diversitas specificæ, seu distinctio specificæ, quibus constituntur, non perfectæ, & distinctæ conspiciuntur; nam si sic conceperentur, statim attingeremus quodque eorum inæqualitatem in perfectione specificæ, & turis gratiam assumptam in argumento de equalitate in individuo, ac in equalitate specierum in perfectionis satis ostendit *n. 236.* per illam maximam, quod oppositorum similes est ratio, & quod in casibus prædictis sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio negationis est ergo causa prædicta, ut individua sint perfectæ, etiam si identitas speciei, ita ex opposito causa prædicta, erit species sint perfectione inæquales, erit essentiarum diversitas, cui rationi, nihil responderit Poncius contentus solum dicitur totam meam dissentium sub *n. 236.* esse insufficientem. Vbi etiam ostendi bene colligi à posteriori Petrum, & Paulum esse eisdem speciei, quia sunt equalis perfectionis essentialis, & eius instantia occurrat dicendo, quod licet ex similitudine, seu identitate prædictorum essentialium non bene colligatur à priori identitas specificæ duorum; adhuc tamen etiam bene à posteriori colligitur eorum identitas specificæ ex equalitate perfectionis essentialis inter illa, ut constat ex definitione ordinis ex D. Augusti operibus adducta.

37 Quinto ad aliam ejus rationem super adductam de duabus visionibus duarum albedinum dupliciter respondi *disp. 8. cit. n. 240.* primo negando maiorem, quod sint diversæ speciei, vel si forte ex maiore concedatur, negando minorem, quod una non sit perfectior alia, quantum nullam in pugnat Poncius contentus solum dicitur, ut eius motus est, ex illis patere, quod vim rationis eius non intellexerim; sed heu me miserum quoties ab eo convictus esse, si hoc solum dicitur sufficere; Ad id tamen me non rectè respondisse ad instantiam suam de individuis equalis perfectionis; sed aliquo modo dissimilibus, ut sunt due visiones duarum albedinum; nam ut illa possunt esse dissimilia non accidentaliter, sed substantia- liter dissimilitudine proveniente ab hæc creatibus, cur non possunt esse dissimilia non accidentaliter abque inæqualitate perfectionis essentialis. Respondit negando paritatem nam duo individua possunt esse dissimilia ratione hæc creatum abque inæqualitate perfectionis essentialis, quia illa dissimilitudo est accidentaliter proveniens ex prædicatis individualibus non vero essentialibus, & in prædicatis quidditativis; sed dissimilitudo, quæ versatur inter aliqua ratione differentiarum essentialium est essentialis, & quidditativa, & idem non est comparabilis cum equalitate perfectionis inter illa, quia

cum essentia, & perfectio sint idem, repugnat quod quæ distinetur in uno, non item distinetur in altero. Contra replicat, quia intentum meum non erat (inquit) agere de perfectione essentiali, aut equalitate individuum in ea, sed quod quemadmodum cum dissimilitudine ratione hæc creatis possit stare equalitas perfectionis etiam individualis, seu competentis individuis ratione hæc creatum; ita etiam cum dissimilitudine in differentis specificis possit manere equalitas perfectionis specificæ, seu essentialis; ad hoc autem nihil Mastrius dicit; ad illud autem de identitate essentia, & perfectionis essentialis, quod iterum repetit Mastrius, dico non magis identificari perfectionem essentialem differentia essentiali, quam perfectionem individualem differentia individuali, si ex eo, quod aliqua habent dissimilitudinem indifferentis essentialibus, legatur quod debeat habere dissimilitudinem, seu inæqualitatem in perfectione identificata libertatem ex eo, quod aliqua habent dissimilitudinem in hæc creatibus, sequitur manifestè, quod debeat habere inæqualitatem in perfectione individuali identificata in hæc creatibus.

Ceterum illa instantia, cui ait me non bene respondisse, non ita proponebatur à Poncio clarè, & distinctè, sicut modo proponitur; tunc enim instabat, ut videre est sub *n. 240.* hoc modo, si dissimilitudo aliqua potest dari inter duo numero distincta ratione hæc creatum abque inæqualitate perfectionis, cur non potest dari dissimilitudo inter aliqua ratione differentiarum essentialium abque inæqualitate perfectionis? Plane cum sic indistinctè loqueretur, sanè me instantiam intellexisse de equalitate, vel inæqualitate perfectionis essentialis non autem individuali, quandoquidem cum communiter dicitur individua esse equalia in perfectione, hoc præsertim intelligitur de perfectione essentiali, & specificæ, non vero numerica, & individuali; quia loquendo de perfectione individuali quæ multos afficitur esse inæqualia; atque idem cum hac de causa rationabiliter fit instantiam intellexissem, optime respondi assignando disparitatem adductam: Quoniam verò nunc se se explicat, & ait intentum suum non fuisse agere de perfectione essentiali, aut equalitate individuum in ea, sed de individuali, & numerica, & quod sicut hæc bene hæc cum dissimilitudine cum hæc creatibus, ita etiam stare possit cum dissimilitudine in differentis specificis equalitas perfectionis specificæ, seu essentialis. Respondit latitudinem perfectionis numerice individuum duas esse sententias, ut dixi *disp. 10. Metaph. q. 1.* altera est affirmatio differentias individualis essentialiter rationem entis, ac esse entia quanta, quæ dicunt perfectionem, & isti cum dicant hunc modum perfectionis in individuali esse cum hæc creatibus identitatem, consequenter autem, quod sicut in hæc creatibus individua sunt dissimilia, sic pariter & in gradu perfectionis individualis ab unaquaque hæc creatibus proveniente; unde iuxta hanc sententiam ad argumentum negandum est assumptum, quod scilicet cum dissimilitudine in hæc creatibus reperitur inter individua eisdem speciei equalitas in perfectione individuali; Altera sententia, quam *loc. cit.* sequor, est negatio hæc creatibus, & ultimo constitutiva esse entia quanta, cum non includant essentialiter rationem entis, & isti consequenter negant individua esse equalia, vel inæqualia in perfectione individuali, dum hæc sint passiones entis quantæ unde cum dici solet individua eisdem speciei esse equalia in perfectione entitativa, hoc non debet accipi in rigore, & positive, quasi partem gradum perfectionis includant singula; sed negativè, quatenus nulla in individuum, ut sic; aliter gradum perfectionalem includit, ut declaro *disp. 10. cit. n. 169.* & iuxta hanc sententiam ad argumentum neganda est paritas de speciebus & individuis, quia differentia, & quidditates specificæ sunt entia quanta, non vero individuales, ut notat Doctor *quæst. 5. in fin. quæst. 19. art. 2.* intra lit. D. Ex quo tamen etiam patet quid sit dicendum ad ultimam instantiam, etenim fulsistendo iuxta primam sententiam, quod etiam ultimo constitutiva sint entia quantæ, totum argumentum est concedendum, ob illam rationem, quod non magis identificatur perfectio essentialis differentia essentiali, à qua dimanat, quam perfectio individualis differentia individuali, à qua oritur, verum iuxta alteram sententiam negandum est à differentia individuali ullam pullulare perfectionem entitativam, quia non est ens quantum, & ut ait Doctor *loc. cit.* entitas hypostatica non est secundum quam aliquid perficitur, sed secundum quam aliquid determinatur ad perfectionem receptam.

Mela. In Secunda. Sententia.